

prædictam sic procures ferventer, & sagaciter laborare, quod qui ex affectu optatur exinde subsequatur effectus, & tu ex præmissis apud Regiam nostram majestatem semper sis propensius commendatus. Datum Januæ cal. novembris anno Domini MCCCXI. Regni nostri tertio.

Hæc literas excerptas legit ex antiquo MS. existente in Biblioteca Ambrosiana Mediolani N. 227. P. M. Cavallerius, qui illas, ut alia bene multa, mihi communicavit.

Aliud Diploma Odone Episcopo Aquensi jussu Guid. II. Episc. a tribus Notariis ex autographo descriptum.

274

MCCCXI.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Universis S. Romani imperii fidelibus præsentis literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum. Considerantes quod Majestatem decet Regiam ad eorum vota perficienda, qui Nobis ratione imperii tamquam membra capiti junguntur, favorabiliter inclinari, eorumque justis petitionibus tam benignum, tamque gratiosum præbere consensum, quod ex specialis gratiæ prærogativa cognoscantur specialius se dilectos. Noverit igitur præsens ætas, & successura posteritas, quod attendentes venerabilem Aquensem Episcopum Principem nostrum dilectum, & eandem Ecclesiam fidem, & devotionem semper sacro Romano imperio observasse, ipsius devotis supplicationibus inclinati, omnia privilegia, jura libertates, & gratias prout sibi, & Ecclesiæ prædictæ a Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus nostri prædecessoribus rite, & provide sunt tradita, & concessa de liberalitate Regia approbamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire, quod qui facere præsum-
pserit gravem nostram indignationem se noverit incurrisse. In cujus rei testimonium præsentis literas, majestatis nostræ sigillo iussimus communiri.

Signum Domini Henrici Romanorum Regis invictissimi. Datum apud Mediolanum X. cal. febr., indictione VIII. anno Domini MCCCXI. regni vero nostri anno tertio. Ego frater Henricus Tridentinus Episcopus sacre Imperialis aulae Cancellarius vice Domini Henrici Colonienfis Archiepiscopi sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarii recognovi.

Venditio bonorum duarum Eccles. Ricaldoni facta a Monialibus S. Thomæ suburbii Jan.

275

MCCCXIV.

In nomine Domini amen. Margarita Molocella abbatissa monasterii S. Thomæ de suburbii Januæ in præsentia consensu, & voluntate infra-scriptarum Monialium, & Sororum dicti monasterii, quarum nomina sunt soror Francescina, Stancona Priora, S. Johanna Gullielma, S. Francescina Manuaca, S. Gareta Mezerazogo, S. Petra Cattanena, S. Clariscia de Vignono, S. Andriola Mignada, S. Al-

dina de sancto Sinesio, S. Catelina Canzelaria, S. Catelina Tancaro, S. Benedicta Pafia, S. Alaxina Sigibalda, S. Petrina Bechignona, S. Marietta Maria Vacca, S. Marietta Pinella, S. Margarita de Mari, S. Mabellina de Negronis, S. Simonina Scota, S. Isabella de sancto Prospero, S. Simonina Beghignona, & S. Angelina de sancto Ginono Moniales dicti monasterii, & ipsæ Moniales auctoritate dictæ Domine Abbatissæ congregatæ in parlatorio, sive capitulo dicti monasterii, ut moris est, nomine, & vice dicti monasterii, & conventus vendiderunt, cesserunt, & tradiderunt, vendunt, cedunt, & tradunt Leoni de Ricaudono civi Januensi recipienti pro se, & hæredibus suis terras, & possessiones infra-scriptas, quæ ad Ecclesias S. Martini, & S. Ægidii visæ sunt pertinere positas in territorio Ricaudoni in loco ubi dicitur Vallis de Piceta, quæ Ecclesiæ supradictæ cum terris, & possessionibus suis pertinent, & subsunt pleno jure in temporalibus, & spiritualibus dicto monasterio S. Thomæ, & quibus terris cohærent, ut infra dicitur, in primis petia una terræ campi positæ in dicto territorio de Ricaudono cui cohærent in primis vel hæredum Rainerii de Piceto, & Petri Ferrari, & Andreae de Castegnato, inferius fossatus de Carenzano, ab uno latere via, ab alio dictus fossatus. Item aliam petiam terræ campivæ positæ in dicto territorio in loco ubi dicitur Plazzæ, cui cohærent superius, & ab uno latere terra Anselmi Cozzelli, & Jacobus Cozzelli, & ab alio latere terra hæredis, vel hæredum Pegni de Piceto. Item aliam petiam terræ vineatæ positæ in dicto territorio in loco, ubi dicitur S. Stephanus, cui cohærent superius via in parte ec. Item aliam petiam terræ boschivæ, & laborativæ positæ in dicto territorio in loco, ubi dicitur Nemus Donaldæ ec. Item aliam petiam terræ prativæ positæ in dicto territorio in loco, ubi dicitur Cavazato ec. cui cohærent in parte terræ Alberti Bellati, & in parte terræ Morandi de Demezzano. Item aliam petiam terræ laborativæ ubi est Ecclesia S. Martini, cui cohærent ec. ab alio latere terram Thomæ Sburlati in parte terræ hæredum quondam Othonis de Vallis ec. Item aliam petiam prativæ terræ in dicto territorio in loco dicto campus de Piris, & Insulis, & Solarorio, & Sunghis de Piceto ec. cohærent ec. terra hæredum quondam Durandi de Demezzago, & terra Morandi de Demezzano ec. cohærent terra Ecclesiæ S. Andreae de villa de Guiglioni. Item aliam petiam terræ loco, ubi dicitur Rocca, sive Tanna. Item aliam petiam terræ loco dicto vallis Henrici, cohærent hæredes Tritii de Piceto, & terra Alberti Cavalli, & terra S. Andreae prædictæ. Item aliam petiam terræ loco dicto vallis de Arbara ec. Item aliam dicto loco Castagnetum de Piceto. Item aliam petiam terræ Castagneti ec. Item aliam terræ boschivæ loco dicto ad Lovi, cohærent terræ hæredum Pignini de Piceto ec. Item aliam petiam terræ Castagneti ec. item ec. bona omnia, & omnes terras positas in dicto territorio, quæ sunt, & fuerunt Ecclesiæ S. Martini ec. vendunt pretio librarum 125. Januæ, quas a dicto Leone habuisse, & recepisse profitentur (1) salvo, & reservato censu dictarum Eccle-